



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 59. Compositio circa restitutionem bonorum Abbatiae ad S. Crucem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII. rata habita, præcipue cum Lutherano  
 A. C. 1629. claves ad hanc januam Clero ejectionis  
proin via facti sibi vendicarint.

## §. LIX.

*Compositio circa restitutionem bonorum  
 Abbatia ad S. Crucem.*

*Compos.  
 Rest. con-  
 firm. Ex  
 Archiv.  
 S. Cruc.  
 Nro. 19.  
 Instrum.  
 Protest. de  
 anno 1651.*

Cunctis hisce mature ponderatis Curatores  
 S. Crucis ac Episcopales Subdelegati  
 coram civitatis Augustanæ Deputatis  
 præfatos Canonicos Regulares ad S. Crucem  
 comparere jusserunt, atque in Sessione nona  
 cunctos nominatos articulos prædicti  
 Abbatia propositos intimarunt, his respon-  
 dentibus, quod circa auditorium, Præ-  
 dicantis & æditui donum, necnon  
 ream, quæ Ecclesiam & auditorium  
 interjacet, eadem sit ratio, ac circa  
 domus ad S. Udalrici: cum ergo hæc  
 loca antiquissimis temporibus ad S.  
 Crucem pertinuerint, & aliunde Præ-  
 dicantis domum Curatores Lutherani  
 speciatim duntaxat precario concessisse  
 fuisse testentur, hinc Abbati, æque  
 Udalricanis, hic locus unacum æditui  
 cius restituendus sit: de cetero autem  
 circa fabricæ Curatores idem, quod  
 in aliis Parochiis observari, atque  
 organum, ceteraque unacum prædictis  
 tibus, qui annue ad ducentos quatuordecim  
 gr.

Sæc. XVII.  
A. C. 1629.

ginta novem florenos ascendunt, Curatorum administrationi relinquī possent. Percepta hac compositione Canonici sat contenti, unice petierunt, ut juxta antiquum pactum de anno 1501. Præpositus ex octo sibi nominatis Viris quosdam Curatores nominare valeret, quod ei duntaxat juxta ceterarum Parochiarum consuetudinem concessum, & minores decimas, quas Udalscalcus Episcopus Abbatix donaverat, deinceps percipendi spes facta est. Porro ad hanc decisionem Cæsares æque ac Ecclesiasticos Subdelegatos compulit causæ tot documentis comprobatæ æquitas, necnon juxta pacta anno 1548. & post pacem Religiosam anno 1582. resuscitata jurisdictio Episcopalis, atque a Lutheranis ipsis per literas suas reversales An. 1590. & 1561. agnitus fundi Dominus, scilicet Præpositus ad S. Crucem, quæ reversales per pacem Religiosam nullatenus irritatæ fuerunt, partim quod reversales de anno 1561. primum post hanc pacem fuerint expeditæ, partim quod in præfata pace, ejusmodi reversales esse annullatas, nullibi legatur, aliunde vero pax Religiosa Episcopum, Clerumque Augustanum non obstrinxerit, eo quod hæc fuisset conventio inter status Imperii, in quam Episcopus non consenserat,

Sæc. XVII. rat, sed protestatus erat: Ex his igitur  
A. C. 1629. necessaria consecutione deducebatur, quod quia Lutherani nunquam legitimo domini jure nequidem anno 1624 hæc bona possederunt, & sublato per Cæsarem Augustanæ Confessionis exercitio haud ultra precario concessa Ecclesia, domibusque egeant atque in hunc eventum ipsimet Lutherani se eas reddituros polliciti erant, ea omnia suis Dominis restituere tenerentur: hinc præfati Delegati pronuntiarunt sententiam, vi cuius Lutherani omnia ædificia, fundos,isque inædificatas domus, Auditorium, Prædicantis, & æditui ædes, organum, granaria, lateres aliaque ex S. Othman Sacello ad Lutheranæ Ecclesiæ fabricam translata Joanni Præposito tanquam notorio Fundi Domino restituere obstringerentur.

Eodem igitur anno Præposito cuncta præfata fuere restituta, ac traditum Monasterium tamen in hanc restitutionem mille quingentos florenos expendere cogebatur.

## §. LX.

*Compositio circa Cathedralem Ecclesiam ad B. Virginem.*